



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Responsa De Ivre Canonico Præsertim Novissimo

Zype, Frans van den

Antverpiæ, M. DC. XLV.

Resp. I. De vsuris ex forma chirographi, & re gesta iudicandis, & in fortem
imputandis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73071](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-73071)

ius hic primæ ante aliquot annos etiam vim intulisse narretur: tamen Glossa *ibidem. in v. huius.* rectè monet id obtinere, cum de vi actio instituta est; non cum de stupro. & ratio est, quod talis stuprator vim publicam commiserit, *ut ibidem dicitur*: & huiusmodi crimen, ut tale, legis *Julie de adulteris potestatem excedat. l. 5. in fin. D. ad l. Jul. de vi publ.* si autem ageretur criminaliter de vi; huiusmodi testes ut hic, singulares secundum ea quæ diximus, nihil proficerent, quamquam & rara in stupris absoluta vis est. rarior probatio. nulla fere illarum, quas constat non clamasse, si in vrbe stuprum passæ allegentur.

7.
Testatus
monachus
sine licen-
tia superio-
ris, an pro-
betur

Ita ut omnibus expensis Superior rectè arbitraturs sit pro dictamine suæ conscientie pœnam extraordinariam, non possit autem ordinariam imponere.

Superest scrupulus, quod testes quidam regulares arguantur sine præuia Superiorum licentia dixisse testimonium, eoque illud esse irritum. *Farinac. de opposit. contra testes. q. 61. n. 130. ubi plures citat. & nominatim Socinum cons. 17. n. 15. l. 1.* quod contraria Abbatis opinio procedat, vel quando pars non opponit, vel testis adhibetur tantum in instrumentis, quibus casibus valeat monachi depositio, etiã sine Superioris licentia; aliàs fecus. dicendum est tamen Abbatis opinionem procedere generaliùs. ut quamvis multa fieri prohibeantur, facta tamen teneant. quod utique est eliciendum maximè ex causa prohibitionis; an prohibiti personam spectet, an rem ipsam. at hic prohibitio spectat ad personam monachi, non causam testimonij, cum hoc solum requirat veritatem: monachi autem persona in iudicium produci non debeat; sæcularibus negotijs, vel foro immisceri; minimè omnium cause sanguinis: & tamen si in causa civili, quis iure suo excide-

ret defectu probationum, nisi monachus testetur; eiusmodi necessitas ex iustitiæ regula obligat monachum ad dicendum veritati testimonium; & Superiorem ad dandã testandi licentiam. *c. 2. X. de test. cog. eoque sensu excipiendi sunt canones: & quorundam Ordinum statuta religionis suis testimonium interdicit. c. nuper. 51. X. de testib. cum supplemento ibid.* igitur superior est discriminare, quando religiosus foro abstinere, quando necessitati parere debeat: ipse autem velle, aut nolle non habet. si tamen omisso Superiore testimonium dixerit; puniri ipse potest ob transgressionem legis suam personam spectantis: testimonium autem non corruet. quia legis ratio non eo spectat, ut veritati, & iustitiæ huiusmodi testimonium subtrahatur: sed ut monachi, qui sui iuris non sunt, Superiorum auspicijs ducantur intra cardines rationis, & sui instituti: quorum iudicium est penes Superiorem.

De Usuris.

RESPONSVM. I.

De usuris ex forma chirographi & re gestâ iudicandis, & in sortem imputandis.

Contingit non rarè viris etiam probis, & supra vulgus doctis, ut mentalem usuram nullã faciant, realem tamen incautiùs mercando incurrant, adeoque crimine quidem vacent; sed an ob bonam fidem tantum retinere ex usurario contractu licitè possint, quantum lucrati essent ex licito, examinare diligenter debent cum *Lessio de iustitia lib. 2. c. 20. d. 12.* sed in foro externo ex actis & probatis, ipsiusque contractus instru-

1.
Quoad
animam
aliter ali-
quando de
his quam
in foro ex-
terno iu-
dicandum.

mento iudicandum est : ex eoque contractu talis esse censendus est, qualis solet ea forma plerumque iniri. *l. certi conditio. in fin. D. si certi. pet.* nec hic ex edicto 1611. ar. 19. aliud actum quam scriptum esse probare quis admittitur.

2. Imputanda in fortem, si chyrogaphu, aut res vt gesta est, vsura sit.

Quare si chyrogaphum, ex quo actum est, vsurariu esse probetur, in hoc foro vsura recepta in fortem imputanda erunt, seu repeti poterunt. *c. 1. 2. 8. 5. p. 10. X. de vsur.* etiam iure civili, qua illo sunt illicita *l. eos. C. de vsur.* Et licet *c. 13. X. de vsur.* & plerisque locis iubeatur Iudex cogere, & compellere debitorem ad restituendas vsuras; ideoque non dari actionem quidam putant debitori; sed tantum implorationem officij Iudicis: tamen *c. 11. X. de vsur. in verb. cum aliquis eos conueneris de vsuris*, secus suadet. & solet tradi regula, vt conditio detur ex lege, & canone, si quid statuat, nec aliter exprimat. sed in reisea quaestio cessat, qui excipiendo in fortem imputare possit. adeo vt nec Iudex ad vsuras soluendas aliquem condemnare possit. *c. post miserabilem. c. michael. X. de vsur.* nisi forte iuratas. *c. debitores X. de iureiur.* ita quidem vt quicumque statuta scribunt, seruant, aut ex ijs iudicant, vsuras esse soluendas; solutas repeti, aut restitui prohibent; excommunicantur. *Clem. vnic. de vsur.*

3. Etiam data actione.

Porro *vsura est vbi amplius requiritur, quam datur. c. vsura. 14. q. 3.* qui plus, quam dederit, accipit, vsuras petit. *c. si fenerabilis. ibid.*

4. Nisi iurata sint.

Et quamuis casus quidam excipiantur: vt cum clericus beneficium, feudumue ecclesiae sic recuperandum putat; *c. 1. X. de vsur.* vel dominus feudum a vasallo; *c. 8. ibid.* vel re vendita non ob solam dilationem plus accipit venditor; *c. 10. ibid.* sed ob dubium valorem tempore solutionis futurum; *c. 6. c. 19. ibid.* praesertim si alias non erat venditurus; aut propter periculum quod suscipit

5. Iudex fecus iudicans aut statuens excommunicatur.

naugaturus, aut ad mundinas intrus, si verum est, & non fictum. *DD. ibid. & quos citat Azor. Inst. moral. p. 3. l. 5. c. 6.* aut denique ratione eius quod verè interest; seu ne mutans damnum faciat; *c. dilecti. X. de for. compet. c. perueni. X. de fideiuss.* aut lucrum amittat; *Med. der. de iustit. tract. 5. c. 3. d. 13. Lessus de iustit. l. 2. c. 20. d. 2.* vt plerumque communior est opinio; quos citat Azor. *Inst. moral. p. 3. l. 5. c. 5.* nam id quod interest definitur in *risconsultus in l. 13. D. rem ratam, quantum mihi abest, quantum me lucrari potui.* sed in hac lucri causa aliquae requiruntur conditiones: de quibus infra. Omitto venditorem qui rem emptori tradidit. *de quo egimus in con. ult. can. b. 3. cons. 1.*

6. Vsura quid?

Tamen huiusmodi calus, & si qui sint alij, exceptiones sunt, in his regula in contrarium est, qui autem in exceptione se fundat, probare illam tenetur. *l. cum de debito. §. sin autem. D. de probat. in verb. secundum generalium regulam, quae eos, qui opponendas exceptiones asserunt, ostendere exigunt.* & quia qui pecuniam suam in vsuras collocant, aliorum contractuum pallijs obumbrare illas solent, statuit *Clem. vnic. §. ceterum* vt teneatur edere libros suarum rationum vsurarij. qui vtique aduersus scribentes probent, non pro ipsi.

7. Exceptio nes, quando liceat accipere ultra quam datum sit.

Vsurarium ergo est chyrogaphum quod ultra fortem promissionem continet quantitatis sex in centum, finito anno cum sorte soluenda: sed si liber mutantis habet, datum esse sortem in negotium *lib orum mutuario plus lucrantem*, videbitur esse vsura sine horum morfu: quippe Hebraei vsuram morsum vocant; *Nauar. in Manu. c. 17. n. 206* aut saltem implicitum contractum societatis, affectationis, & redemptionis incerti lucri maioris pro certo minori: sed licet ex sola contractuum natura iniquitas theologij & iuris periti eum illicitum esse tradant; tamen damnant

10. ^{Constitutio hic publicata.} nauit Sixtus V. *const. incip. detestabilis quam Synodus Antuerpiensis 1610. seruari hic iussit*, huiusmodi contractus, & edictum 1540. vetuit pecuniam dari ad lucrum, quamuis apud mercatorem; nisi cum damno, & lucro.

Adeo vt quamuis consuetudines alicubi permittant mutuanti præter sortem lucrum pacisci certo die simul soluendum, nisi aliqua exceptio subsit; id vsura sit, damnata à Concilio Nicæno. *c. quoniam*

11. ^{Statuta pro vsuris ex libris Vr. bium eras denda.} 14. *g. 4. & d. Clem. vnic. §. fin.* adeoque huiusmodi articulus ex libris statutorum sit eradendus sub pœna excommunicationis. *d. Clem. vnic. in prin. & Synodus Cameracen. ann. 1587.* ne pupillares quidem nummos ita collocari posse, cum conditione eas restituendi, cum minores ad ætatem venerint, declarauit: *tit. de vsur. c. 4. & edictum regiū ad illam ar. 21.* huiusmodi contractus prohibet, nullos & irritos facit, eosque magistratus, qui exceperunt, iubet eos irritare; & imposterum auctoritatem, præsentiamue non præstare. adeo quidem vt quamuis vsurarij publici, ex permissu Principum scœnebrem mensam exercentes, tanquam socij, pacifcantur, vt alter mensam deinde exerceat retento omni lucro, nisi quod alteri ex sua sorte in mensa remanente maiores legitimis vsuris soluatur, reprobatur & improbum id scœnus sit, nec ob antecedentem societatem scœnebrem excusatum, quin huiusmodi vsuræ in sortem imputentur. *vt decidit Concilium Mechlinien. apud Christianum vol. 4. decis. 214.* dum autem reuera subest societas licita, ex collata pecunia permittit edictum 1540. lucrum percipi, si tamen & damnum feratur.

12. ^{Nec inter pretatione transformatur vsurarij contractus in reditus} Quod porro ex diuturnis annuis præstationibus, per decennium saltem, dummodo causatis, velit Modernus tract. *de vsur. g. 20. n. 206.* nasci, & iudicandum esse de-

inceps reditum, in dubijs admitti potest, vbi locus est coniecturis: non in claris. vbi in re iudicanda rei primordia sunt inspicienda. *l. procuratorem. D. mandati. in verb. vniuersiuique enim contractus initium spectandum, & causa. l. si id quod. §. si filius. D. pro soc. l. 1. §. si seruus. D. depositi.* vt sane ex initijs, si ex chirographo, & enchiridio constant, nihil trahi possit ad reditum perpetuum, sed mutuum sit annale.

Et verò prolongatio mutui in annum sub lucro dati tacitè facta, non potest cenferi facta in perpetuum, sed ad summum in parem terminum annalem. *l. item queritur. §. qui impleto. D. locati.* præsertim cum vetet illud edictum: & dubij actus interpretandi sint facti modo licito. *l. merito. D. Pro socio.* consequenter manendum est in natura, & regulis mutui, & vsuræ in sortem sunt imputandæ.

Quod autem sub nomine interesse specie tenus obijci potest, vix obtinet: vt de futuro liceat pacisci, determinata certa quantitate, & cum illud petitur ex facto DD. volunt articulari. *Menoch. de arbit. l. 2. c. 119.* eo quod *quatenus cuiusque interest in facto, non in iure consistat*, inquit *l. quatenus. D. de reg. iur. probarique præ manibus fuisse occasionem lucrosam; ob mutuum omiffam. Gamma decis. 156.* vt in istiusmodi causis S. Cardinalium Congregatio 19. *septemb. 1608.* Episcopo Antuerpiensi respondit his verbis, minimè quidem decerni posse quantum ratione eius quod interest, siue sit lucrum cessans, siue damnum emergens, liceat accipere vel mercatori vel alteri contrahenti: cum id Iudex in vnaquaque causa, ex singulis circumstantijs, & certè postquam lucrum iam cessauit, vel damnum emerfit, diiudicare debeat.

Enimvero id quod interest, cum de lucro cessante quaeritur, describit iurifconsultus, vt diximus,

13. ^{Vt est pro rogatio mutui in certis tempus cum lucro dati.}

14. ^{An excusetur specie eius quod interest quasi lucro cessante?}

15.
Verè ob
mutuatio-
nem lucrū
abesse
oportet.

mus, quantum lucrari potui: si ergo creditor non potuit tantum lucrari, ex mutuo non potest tantum accipere: atque hanc conditionem exigit Nauarrus. *vbi supra. n. 211. & seqq.* vbi examinat 12. condiciones, quas requirit Conradus: & breuius contrahit Azor. *Inst. moral. p. 3. l. 5. c. 5. Lessius de iust. l. 2. c. 20. d. 2. Malder. de iust. tract. 5. c. 3. d. 13.* denique requiritur, quod mutuatio sit causa amissionis lucri, secundum omnes, inquit Nauar. *n. 212.* illudque vere haberi potuerit. Porro interesse lucri cessantis multò odiosius est damno emergente, propiusque adsimilatur vsuræ: ideoque ad illud plures condiciones requiruntur; & in iure hoc multis casibus negatur, quibus illud conceditur. *l. proculus. 26. D. de dam. Insect. l. 2. §. si nanis D. ad leg. Rhod.*

16.
An excus-
tur quasi
non sit
mordax
cum mu-
tuarius
lucrum fa-
cit?

Nec suffragatur, si vsura videatur esse sine morsu; imò non tantum non mordeat, sed per quam mercator plus lucri faciat longè, quam mutuanti retribuatur: quam defendit Modernus: quia mutuum manens mutuum natura sua sterile est; ideoque contra naturam mutuū mutuans ex eo exigit partum. quo nomine Græci vsuram vocant; adeoque contra iustitiam id, quod ex eo contractu oriri non potest. *Azor. vbi supra c. 2. q. 4. & passim omnes.* quare nec huiusmodi vsuras tanquam compensatoriæ commodi sunt admittendæ; *vt in l. curabit. C. de act. empt.* venditor vsuras rectè petit tanquam compensatorias fructuum: quoniam ex re frugifera, quæ fuit venditoris, vel ob moram in bonæ fidei iudicio ei absunt: mutuanti autem nihil abest ex pecunia infrugifera.

17.
An quia
mercatori
datur?

Neque verò considerari potest pecunia mutua, vt iam subiecta industriæ, & negotiationi mercatoris, cui datur; nam mutuum dumtaxat tantum adferre, & proficere potest mutuanti, quanti ei valere potest; non quanti acci-

pianti: Nauarrus *vbi supra. n. 211. in fin. vbi citat D. Thomam. 2. 2. q. 77. ar. 1. & Schor. in 4. dist. 15. q. 2.* alioquin non tantum in mutuo mercatori dato videretur abesse morsus; sed in omni eo, qui non prodigit, sed fructuose expendit, mordet ergo alienæ industriæ fructum, sibi indebitum; est non adeo tum pungat, vt si pauperem mutuatarium lancinet. Ideoque S. Ambrosius *in c. plerique. 14. q. 3.* etiam vsuram vocat in ijs, qui refugientes præcepta legis, cum derunt negotiatoribus aliquid exigunt. *de mercibus*, inquit, *etiam tanquam vsurarum emolumenta percipiunt; & infra, quodcumque scribitur, vsura est; quod velis, et nomen imponas, vsura est.*

Et porro si pecunia in societatem data censeretur, cum expressæ tantum sint partes lucri, tamen damni conuentæ eadem censerentur. *l. si non fuerint. D. pro soc. §. illud instituit. eod.* hic autem merces plus damni, quam lucri tulerunt.

Enimvero sufficere videri potest, quod pecunia mercatoriolum detur, vt lucrum ex ea percipiatur: *ob c. per vestras. X. de donat. inter. vir. & vxor. in verb. dotem alii* cui mercatori committi, *et de parte honesti lucri vir onera posuit matrimonij sustentare.* vbi nec nomen societatis, nec assicuratio fortis, nec venditio incerti lucri exprimitur; & mandat tamen Pontifex pecuniam dotalem sic apud mercatorem collocari, & lucrum percipi. illiusque decretalis argumento Nauarrus *d. c. 17. n. 256.* admodum vitur pro stabiliendo triplici contractu; quasi ipse illam nouiter in eum sensum adducat, contenditque triplicem illum in ista dotis collocatione apud mercatorem tacite esse implicitum: sed scripsit ille ante d. constitutionem Sixti V. *incipit detestabilis, eundem*, inquit, *optarem n. 257. vt saltem S. Pontifex declararet prædictam consuetudinem esse iustam.* Agit de illa que

quæ conformis est huiusmodi triplici contractui) quod si ergo ille scripserit post Sixti V. constitutionem damnatoriam huiusmodi contractum; *In verbis damnamus & reprobanus. &c. Statuimusque huiusmodi contractus usurarios & illicitos posthac censeri debere, atque impossibile non licere: &c.* eius iudicium secutus fuisset. non secus quam Pij V. quoad constitutionem de cambijs, in illisq; certum & determinatum interesse in principio, seu alijs, non paciscendo. *quam ibidem refert, atque explicat post n. 283. l. M.*

Videamus ergo quo fit vsus argumento Nauarrus. *Papa iubet ut marito vergente ad inopiam, dos deponatur apud aliquem mercatorem, quo ex parte lucris honesti onera matrimonij sustentet, & ita intentio eius fuit, ut dos salva seruetur, siquidem, ob hoc iubeat illam a marito auferri, & ita videtur noluisse, ut ad lucrum & damnum mercatori traderetur, quod erat eam periculo obijcere: voluit item certum aliquod lucrum inde prouenire ad matrimonij onera sustinenda. At hæc duo fieri non possunt sine assuratione, & lucris incerti pro certo redemptione; ergo Papa tacite voluit illa fieri.*

Sed non recte argumentatur Nauarrus; quippe Pontifex in d. c. *per vestras* agit de marito non tantum ad inopiam vergente; sed iam, ut vocat, paupere, apud quem securus dos esse non poterat: securius autem poterat committi mercatori: neque potro ex genere indefinitè prolato inferri potest summa securitas, nisi & fideiussores & pignora adiungantur, & hæc, si velis, nulli infortunio subiecta; non incendio ædium, non inundationi agrorum, non incursum hostium &c. alioquin non aderit omnimoda securitas.

Iterum dicit Pontifex *ut de parte honesti lucris vir possit onera matrimonij sustentare*: pars autem cum aliter non explicatur, de portione & quota totius intelligitur. l. no-

*men s. portionis. D. de verbor. signific. sex autem aut quatuor in centum non sunt quota totius: nec iterum ex genere indefinitè posito rectè certa species, ut fit à Nauarro inferitur: non ergo certum, & determinatum lucrum, ut vult Nauarrus: satis est, ex circumstantiarum antithesi ad intentionem Pontificis, marito pauperi non tradi dotem; sed mercatori bonæ æstimationis, & fortuna satis iterum partem aliquam honesti lucris marito cedere, quam exitus & rationum subductio certam reddet; non opus est in specie sex in centum initio stipulari. De forte aliter affeuranda, aut redemptione incerti lucris nulla apud Pontificem mentio, ex eo verisimilius, quod in eadem tunc sententia fuerit, in qua postmodum Sixtus V. nõ quod inferri voluerit, quod Nauarrus. quibus conformiter Tuscus, *v. usura concl. 337. n. 30.* usuram esse censet in pecunia simpliciter data mercatoribus, *quia licet, inquit, præsumi possit data in commercium & causam negotiationis; arg. l. fin. in fin. C. ad Macedonianum, & possit honestum lucrum percipi isto casu; tamen intelligitur honestum esse, quando capitale non est certo restituendum saluum: Rom. conf. 520. n. 5. & seq. ubi apostilla sub n. 7. v. formaliter dat concordantis: & extendit etiam si societas censeretur inita, præsertim si præstationes plurimum annorum essent vniformes, per Roman. ibid. dum contra operæ, & pericula, impendia, damna, & lucra, & consequenter vera illorum æstimatio, non sunt vniformia.**

Nec verò donatio mutuatarij hic præsumenda est, qua ad us fiat licitus; cum in necessitate nemo dicatur liberalis; & voluntas huiusmodi non sit libera, qua quis cedat iuri suo, & donare præsumatur. *Malder. de iust. tr. 4. c. 3. d. 3. in fin. Lessius de iust. l. 2. c. 20. d. 6.* ideoque c. consuluit. *X. de usur. usuram illic subesse decernit, etiam*

20.
Usurarios
contractus
non excu-
sat præ-
sumtio do-
nationis.
quia non
est ea iuris.

etiam vbi illius pactum non subest. minus taciturnitas confensum arguit, cum de tacentis prauidicio agitur. *inuitum*, inquit *l. 8. D. de procurat. accipere debemus non eum tantum qui contradicit, verum eum quoque, qui consensisse non probatur. nec pro consentiente habetur, qui tacet, sciens ius suum durare. l. sicut §. non videtur. D. quib. mod. pignor. A. or. Institut. moral. p. 1. l. 1. c. 4. §. 5. sub fin. DD. in c. qui & cet. de reg. iur. in 6.*

21.

Igitur timide in hac materia iudici agendum est, ne impingat in vltos canones supra citatos. ne vlturas vltatenus adiudicet, nisi euidenter constiterit esse licitas, per aliquam ex supra citatis exceptionibus. Aduersus septimum praecipitur peccare eum mortaliter inquit Nauar. in *Manual. c. 17. n. 275.* qui iudex vlturas adiudicat, aut ad eas restituendas non cogit. non ergo vlturam iuris, & speciem admittere ex ijs, quae possint fucum facere, sed veritatem sequi debet. alioquin vix quicquam est in huiusmodi contractibus, quod palliari non possit. nec porro pauca in hac lite allata sunt; sed instrumenta, & acta non consonant: quae sequi iudicem in foro externo, canones, atque edicta oportet.

De priuilegijs.

RESPONSVM. I.

De exemptione. quibus verbis inducatur.

1. Antiquis nulla, aut rara exemptio.

2. Nisi ad quietem, & a lege dioecelana, que quaelia?

Exemptionis ab Episcopi superioritate vsus, aut nomen in veteribus Ordinibus ac monasterijs vix agnitum fuit, vel saltem valde rarum. *c. abbates. 18. q. 2. c. quidam. ibid.* adeo vt Paschalis II. Episcopalia noluerit ministrari eiusmodi monachis, qui nulli Episcopo subesse se profiterentur. *c. Abbatibus. 18. q. 2.* necessarium tamen est visum D. Gregorio in primis, alijsque S. Pontificibus, monachorum quieti prospicere.

c. quam sit. ibid. vt nec liceat Episcopis monasteria ecclesiasticis conditionibus, seu angarijs, vel quibuslibet obsequijs secularibus, aut canonicis iuribus subijcere. *d. c. quam sit. in fin.* nec vltus in illa potestatis, aut regiminis praetextu grauamina facere. *c. dudum. ibid.* vt visitandi quidem, non semel, sed saepius etiam in anno, exhortandique gratia ad monasterium quoties placuerit ab Antistite ciuitatis accedatur: sed sic charitatis officium illic Episcopus impleat; vt grauamen aliquod monasterium non incurrat. *ita idem Gregorius. in c. visitandi c. non semel. 18. q. 2.* quare & missas publicas in coenobijs idem fieri vetuit, vel cathedram ibi collocare Episcopum, vel quamlibet potestatem exercere imperandi, vel aliquam ordinationem faciendi, nisi ab Abbate loci fuerit rogatus. *c. la-minoso. 18. q. 2.* nihil, quod non praecipiant canones, ibi vindicare. *c. hoc tantum. ibid.* nec ibidem constitueri baptisterium. *c. pridem. ibid.* nec insolitam pensionem imponere. *c. Eleuterius. ibid.* quamuis seruitium antiquum exigi non veteretur. *c. seruitium. ibid.* vbi glossa explicat, vt in his valeat consuetudo: & Gratianus d. quaestio-nem concludas, *canonica reg. iura*, inquit, quibus monasteria subiecta non sunt, synodales exactioes intelliguntur. sunt etiam quadam seruitus officia, vel angariae operum, crebra receptiones, annua exactioes, mortificationes peccantium, a quibus omnia monasteria libera sunt. Atque ex his omnibus conficitur, quamuis monasteria sub potestate & iurisdictione sint Episcoporum, legemque iurisdictionis agnoscant, lege tamen dioecelana non obstringi. *c. 1. X. de stat. monach. vt aperte distinguit c. dilectus. X. de off. ordinar.* vbi lata sententia in vna, prauidicium nos parit, aut rem iudicatam in altera, & Cucus *Instit. mor. l. 2. c. 6. n. 40. & seqq.* plurima enumerat.